



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

§. IV. An primum beneficium sufficiens ad victum ipso iure vacet per  
adeptionem secundi similiter sufficientis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

## S-IV.

*An primum beneficium sufficiens ad  
victum ipso iure vacet per ad-  
ptionem secundi similiter  
sufficiens.*

**H**is addi potest aliud genus incompatibilitatis, quando scilicet vtrumque est per se sufficiens ad sustentationem, iuxta Concilium Tridentinum *sess. 24. de ref. cap. 17. vt aduertit etiam Nau. cons. 17. de Præb. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 2. ref. 100. n. 2. vers. tertium caput Grass. in Decis. aur. par. 1. lib. 2. cap. 97. nu. 17.*

Hic autem non loquimur de Beneficijs residentiam requirentibus: certum enim est ex his, quæ supra diximus, quod vacat ipso iure primum per adeptionem secundi, si vtrumque residentiam requirit: sed sermo hic est, quando vel omnia sunt simplicia residentiam non requirentia, vel quando vnum tantummodò residentiam requirit, & aliud est simplex.

<sup>23</sup> Communis est Doctorum opinio, quod habens duo beneficia, quorum vtrumque est sufficiens per se ad victum, non est priuatus primo ipso iure per assequutionem secundi similiter sufficientis, quando vtrumque personale residentiam non requirit, ita *Nau. cons. 13. numer. 3. & seq. & cons. 17. de Præb. & ita fuisse decisum in Rota refert Gonz. ad reg. 8 Cancell. gloss. 15. num. 26. qui de praxi vniuersali, & communi vsu testantur. potest tamen altero le-*

gitimè priuari iuxta dispositionem Concilij *d. sess. 24. cap. 17. vt dicunt Doctores citati cum Diaz. in Præb. crimin. canon. capit. 49. num. 5. data illi electione, seu optione, vt alterum, quod maluerit, retineat iuxta cap. referente de Præb. Lap. all. 116. in fin. Pia-sec. in Prax. Episc. par. 2. ref. 100. n. 2. vers. tertium caput, & decisum refert Barbof. de offic. & pot. Episc. par. 3. all. 62. nu. 3.*

<sup>24</sup> Sed quæres, an priuatus per sententiam altero ex dictis beneficijs possit validè illud appellatione pèdente resignare ad fauorem alterius? affirmat Genués. *in Prax. Archiep. cap. 53. numer. 9. vbi refert ita resoluisse Rotam in Legionen. Canonicatus 15. Febr. 1593. coram Arigonio*, tum quia Beneficiatus non est priuatus in tali casu ipso iure, tum quia pondente iudicio nullitatis, & iniustitiæ adhuc ius manet in eo, qui est priuatus *Put. decis. 30. num. 3. lib. 1.*

<sup>25</sup> Quæres 2. an valida sit collatio alterius beneficij sufficientis facta per Episcopum habenti iam aliud sufficiens? affirmatiuè responderi *Garc. de Benef. par. 11. c. 5. num. 383. Paris. de Resign. Benef. lib. 3. q. 1. num. 129. quibus adde Seraph. dec. 774. vbi dicit, quod Concilium d. sess. 24. cap. 17. non prohibet assequutionem, sed tantum retentionem.*